



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 19. Cardinalium Pisanorum litteræ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Sæcul. XV. copus Pontiofanensis, anno 1404 a Be-
A. C. 1408. nedicto Romam ad Bonifacium missus,

postea translatus ad sedem Tolosanam,
etsi jam anno 1401 occupatam a Vitale
Castellonovino Tolosate, Præposito ejus-
dem Ecclesiæ. Schisma inter alia mala
p. 698.

effecit, ut illustres Ecclesiæ multæ habe-
rent eodem tempore duos Episcopos,
quos crediti duo Papæ, aut diversarum
partium Præfules constituerant. Minus
cogniti sunt tres reliqui Cardinales, Jo-
annes Martinius Morillus Abbas Montis
Arragonii, Carolus Urrius, & Alfonius
Carillus.

§. XIX.

Cardinalium Pisanorum litteræ.

Ex altera parte Cardinales Pisis agen-
tes 11 Octobris anno 1408 dabant
litteras ad Præfules cum Gregorio Semis
commorantes, & ad Ministros ejus, quos

Rayn. n. 53 nuncupant Auditores controversiarum fa-
Conc. to. 11. cri palatii, & Cameræ Apostolicæ; Cle-
p. 2279. ricos Cameræ, ac facelli; Correctores,
scriptores, & abbreviatores litterarum
Apostolicarum, & Cameræ poenitentia-
riæ; Procuratores causarum palatii; Præ-
fectum Aulæ; Magistros hospitii, & cu-
linæ, clavatores, ostiarios, & cursores.

In epistola sua Cardinales graviter
conqueruntur de duabus æmulis, præ-
sertim

fertim de Gregorio; & adjungunt: Cum Sæcul. XV.
 scirent nos statuisse convocare concilium, A. C. 1408.
 duo conciliabula, ut proposito tam salu-
 bri obstant, indixere in diversos dies,
 ac loca inter se multum distantia, in Pen-
 tecosten, & provinciam Aquilejensem, seu
 Ravennanam alterum, alterum in Calen-
 das Novembres, ac Perpinianum. Constat
 vero, diversarum partium concilia per
 tempus, ac locum sic disjuncta non posse
 gignere, vel parare concordiam, sed potius
 augere schisma. Denique illis, ad
 quos scribunt, suadent, quin etiam impe-
 rant, ut a Gregorio ad ipsos desciscant, &
 Pisas veniant.

§. XX.

Concilium Parisense.

Interim concilium Parisiis mense Augu-
 sto cœptum continuabatur; & 20 Spicil. p.
 Octobris rei examen sedulum ibi declara- 161.
 ti sunt defensores, complices, fautoresque conc. p. 2520.
 Petri Lunii schismatici, ac hæretici. Sic
 autem illi nominabantur: Joannes se di-
 cens Auscitanum Archiepiscopum; Pe-
 trus se perhibens Episcopum Pontiofa-
 nensem; Joannes antea Cabillonius, nunc
 Mimatensis Episcopus; Tolosanus ad S.
 Serninum Abbas, modo vocatus Episco-
 pus Condomiensis; Bertrandus Malo-
 montius Vaurensis primum, mox dein
 Blite-